

HYMNUM REGALEM.

1. Inclite rex magne regum, consecrator principum,
Veritas signata patris Christi vero crismate,
Quo favente regna durant atque reges imperant:
2. Provehe regnum fidelis principis ad gloriam.
Ungvine sacro nitecat, sanctitate floreat,
Fulgeat vitae corona, polleat clementia.
3. Gaudeat cum plebe totus tota plebs cum principe.
Sit dies natalis huius feriata gaudia,
Sit piis omnino votis plena exultatio.
4. Ut pie tenendo regnum cum beatis moribus,
In quibus nunc consecratus sic modestus imperet,
Quo simul cum his fruatur sempiterno munere.
5. Gloria sit deo patri, gloria sit filio,
Cum quo sanctus regnat simul spiritus paraclitus
Hunc et semper et per cuncta seculorum secula.
Finit in nomine trino divino.

VII.

Die St. Galler Hs. 10 aus dem 10. Jahrh., beschrieben von Scherrer (Verzeichniss der Hss. der Stiftsbibliothek, S. 3), enthält S. 3 einige sehr barbarische Verse eines Iren Dubduin, der sich über die Zurücksetzung seiner Landsleute beklagt¹. Da Ildefons von Arx (Berichtigungen und Zusätze zu den Geschichten des Kantons S. Gallen S. 20) sie nicht ganz genau herausgegeben hat, habe ich sie noch einmal abgeschrieben:

- ‘Hic sunt insignes sancti, quos insula nostra
Nobilis indegenas nutrit Hibernia claros,
Quorum grata fides, virtus, honor, inclita vita
Has aulas summasque domus sacravit amoenas;
- 5 Semina qui vitae Anglorum sparsere per agros,
Ex quis maturos convertis in horrea fructus.
Nos igitur fratres una de stirpe creati²
His sumus imbiciles, miseros quos mente superba
Dispicitis procures mundique tumentia membra,
- 10 Cum Christi potius debetis membra videri.
Prudens hic pausat quin Gallus atque sepultus
Ardens ignis Scotorum conscendit ad altos.

2, 1 ‘Proueae’ Hs. ‘principes’ Hs. 3, 2 ob ‘gaudio’? W. 4, 2 viell. ‘consecratur’. W. VII, 1 ‘insula’, übergeschr. ‘o’ Hs. 6 ‘convertitis’ erläutert von Arx. 10 ‘deberetis’ erl. von Arx. 11 ‘quin (utique)’ von Arx.

1) Die Verwechslung von p und r (15), von r und s (16), deutet auf ein älteres Original. W. 2) Aen. X, 543 ‘stirpe creatus’.